

BIBLIOTHECA  
HISPANA NOVA

*SIVE*  
HISPANORUM SCRIPTORUM  
QUI AB ANNO MD. AD MDGLXXXIV. FLORUERE  
NOTITIA.

AUCTORE  
D. NICOLAO ANTONIO HISPALENSI I. C.  
*Ordinis S. Iacobi equite, patriæ Ecclesiæ canonico, Regionum negotiorum  
in Urbe & Romana curia procuratore generali, consiliario Regio.*

*NUNC PRIMUM PRODIT  
RECOGNITA EMENDATA AUCTA  
AB IPSO AUCTORE.*



TOMUS SECUNDUS.

M A T R I T I  
APUD VIDUAM ET HEREDES JOACHIMI DE IBARRA TYPOGRAPHI REGII  
MDCCLXXXVIII.

AD BIBLIOTHECAM  
 SCRIPTORUM  
 HISPANIÆ NOVAM  
 INDEX  
 LIBER MULTIPLEX:

HOC EST

- I. COGNOMINUM, quibus quisque appellatur.  
 II. PATRIARUM, in quibus nati sunt.  
 III. ORDINUM ECCLESIASTICORUM,  
     five SÆCULARIUM }  
 IV.      five REGULARIUM } ad quos pertinent.  
 V. MUNERUM, five ECCLESIASTICORUM }  
 VI.      five SÆCULARIUM } quæ gesserunt.  
 VII. ARGUMENTORUM tandem, five, ut vocant barbaro no-  
     mine, MATERIARUM, de quibus scripserunt.

LECTOR, PAUCIS TE MOROR.

**Q**uantumvis nostra hæc Bibliotheca quanta quanta est, tota index sit juxta literarum al-  
 phabeti seriem constructa, plura sane adhuc intus latent hujus luminis indigentia, quæ,  
 si omni ulteriori parceremus opere, in obscuro & latebris remanerent, nec nisi toto evoluto  
 commentario, esse tibi usui, ac in manus venire possent. Hunc equidem laborem tibi ut le-  
 varem, devorandus fuit nobis labor maximus, injucundus & plane illiberalis; quem au-  
 ctiores librorum plerumque solent amanuensium diligentia committere, ad animum vix adver-  
 tentes summaria hæc esse aut anacephalicos totius operis, ac veluti succum, qui acciden-  
 tibus propinatur, ut specimine hoc allactati pedem intro libentes inserant, ac rem ipsam ex-  
 periantur. Quæ quidem, si promissis haud minus responderit, auctor statim planeque sive  
 indiligentis, sive mala fidei reus agitur, laborisque inaususque in libro postea non mini-  
 ma defraudatur parte. Idcirco celebris quidam scriptor nostræ gentis, quo significaret eam  
 curam ejus esse debere, cujus cura opus ipsum consilium, urbane falseque agebat: indicem libri  
 ab auctore, librum ipsum a quorvis alio consiciendum esse. Summus eruditione vir Josephus Sca-  
 liger quantum reportavit ab omnibus, quorum antiquitatis studium cordi est, laudem &  
 gratiam ob consilio Herculeo labore & pernicacia, nec minori accuratone Indices Thesau-  
 ri Inscriptionum Gruteriani? Absque illo esset vassum hocce Romani æti atque artis edificium  
 mole sua laborans, paucissimis hisque otiosissimis adhuc pateret; quod quidem hodie vel a ne-  
 gligentibus, & stupidis mira facultate recitatur, penetratur, & ad usum convertitur. Non  
 ergo merito suo vacat, indignare est cujusvis pretii hominibus in hujusmodi librorum com-  
 pendis posita industria. Quod enim maxime juvat, maxima laudi propinquum est; nec alio,  
 quam ut aliis proficua sint, respicere vigilie nostræ debent. Ingeniosos interim excusari aut  
 minus, insuper nunc habemus. Hæc nunc agenda sunt, quæ Bibliotheca aperienda ac pu-  
 blicanda commoatissima esse duximus. Et quidem in primis habenda ratio sit COGNOMI-  
 NUM: sæpius enim hæc in mentem veniunt, aut a mente non labuntur, quam NOMI-  
 NA; explanandaque omnis lubrica memorie via. PATRIAS (sic Plinius loquitur) al-  
 te

Tom. II.

Lib. 7, cap. 26.